

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 14. Cædes Caroli Dyrrachini Neapolitani Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. XIII.

*Carolus Dyrrachius Hungariæ regno
potitus.*

Omnibus ad inaugurationem dispositis, die ultima Anni 1386. Carolus Hungariæ Rex coronatus est. Sed Regina Elisabetha, quam Rex prius dolo circumvenisse putabat, ipsa eundem fraude vicit. Primum enim Carolo suggerit, Sigismundum, qui paucis ante adventum Caroli diebus, & connubio cum Maria Budæ contracto in Bohemiam redierat, facile ad sibi cedendum Hungariæ Regnum induci posse: Dein post aliquos inaugurationis dies Carolum simulatis majoris momenti literis, quas eidem communicaret, ad partem Regiæ, quam inhabitaverat, accedere rogat.

§. XIV.

*Cædes Caroli Dyrrachii Neapolitanī
Regis.*

Venit Carolus, & suis, qui eum comitabantur, interim in anteriore *Hist. Eccles. Tom. XXV.* g cubi-

Bonfin. 3. cubili expectantibus , Nicolaus
Dec. I.
Antonin. tit. Gara per secretam portam erum-
22.c. I. §.15. pens, validissimo cuidam Hungaro,
 nomine Forgacio, ut Carolum truci-
 daret, imperat, qui illico caput ejus
 acinace suo medium dissecuit. Hunc
 tandem vitæ finem fortitus est Rex
 iste, non nisi unum , & quadraginta
 annos natus. Præfectus Croatiæ
 Regis Caroli, cui plurimum favebat,
 necem ulturus, Elisabetham in flumen
 projici , Sigismundus autem ad ca-
 pessendas regni habenas paulopost re-
 diens, parricidam comprehensum per
 præcipuas Hungariæ urbes circum-
 vectum, candardibusque forcipibus
 frustatim disceptum, lenta morte oc-
 cidi jufferat.

Fama mortis Caroli Neapolim
 mense Februario delata est eo ipso
 tempore, quo coronationis suæ in Re-
 gem Hungariæ solemnia, publicis
 lætitiis, ac ludicris certaminibus ce-
 lebrata fuere. Interim Regina de-
 functi Coniux, turbas, quæ ex tam
 fatali fama suboriri possent, præven-
 tura, Ladislaum seu Lancellotum Fi-
 lium

lum suum, paulo majorem decennio
juvenem, Regem proclamari voluit,
cujus Regni auspicia sub cura Reginæ
Matris suæ oppido tranquilla erant.
Verum suscitata inter eandem,
& Regni Magistratus dissensione, hi
octo viros ex ordine suo selegerunt,
quibus summam rerum plena cum
potestate deferebant. Clemens Pa-
pa in turbido piscandum ratus, Otto-
nem Brunsvicensium Ducem demor-
tuæ Joannæ Reginæ Maritum in I-
taliam ablegat, qui ingenti gaudio
exceptus, tanta dexteritate rem ges-
sit, ut Neapolitani Juvenem Ludovi-
cum Andegavensem suum Regem fa-
lutarent, quo facto regnum hoc in
obsequium Clementis transiit.

*Niem. de
schism. lib. 1.
c. 64. & seq.*

§. XV.

*Complures Principes Clementi obe-
dientiam professi.*

Sub idem ferme tempus duo alia
Regna sese Clementis obedientiæ
deovent. Petrus quidem Arrago-
niae Rex usque ad finem vitæ suæ

g 2 neutri